



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. V. Latere, latens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

conf. 598. num. 10. Conf. Arg. 1. conf. 65. num. 16. Uide & in dubio læsionem nunquam præsumi patescit, ex l. si circumscripta 6. Cod. solut. matrim. dos quem. pet. ubi mulier dicens se deceptam esse in æstimatione rerum dotialium, deceptionem probare debet. idem not. gloss. in l. si res. §. si mulier. ff. de jur. dot. vide Gozad. conf. 44. num. 8. Cephal. conf. 3. in fin. Port. conf. 169. num. 6. Alex. conf. 92. num. 28. vol. 6. Rolandus à Valle consil. 10. num. 9. & conf. 28. num. 27. volum. 4. Ruin. conf. 129. num. 39. vol. 1. Natt. consil. 650. num. 8. vol. 4. Paris. conf. 96. num. 67. vol. 1. neque etiam admitti debere ad læsionem probandam eum, contra quem præsumptio juris militat, post Johan. Andr. in cap. 1. in fin. de pact. num. 6. Alex. conf. 240. num. 10. vol. 6. Ruin. conf. 35. num. 37. notat Alciat. de præsumpt. in princ. p. 2. num. 24. in fin. quare nec læsum censeri in actu, cui boni viri & graves interfuerunt, cum horum præsentia omnem deceptionem excludat, dicunt Bald. in l. 35. C. de transact. Alex. in l. si cum dotem. §. ee autem tempore sol. Matr. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præf. 21. num. 1. Angel. in §. quadrupli. num. 11. Inst. de Act.

V.

Ex læsione enormi semper dolus præsumitur. l. omnes 17. §. Lucius 1. ff. quæ in fraud. cred. l. si superflue 5. C. de dol. Gail. 1. observ. 7. num. 12. Carpov. cum alleg. decis. 86. num. 14. læsionem enim enormissimam habere in se dolum re ipsa & iniquitatem, quam æquiparari dolo ex proposito cum Covarruv. 2. var. resolut. cap. 4. num. 5. affirmat Honthem. 2. de art. Notar. c. 29. num. 87. cum, quando læsio enormissima apparet, omnis præsumptio bona, quæ ex iudicis præsentia oriri solet, cessare dicatur, Ruin. conf. 170. num. 17. vol. 1. Boër. decis. Burdegat. 100. num. 9. Vult. 2. consil. Marpurg. 29. num. 140. Hinc læsio enormis metum in actu intervenisse præsumi facit Bursatus in verb. læsio. Honthem. 2. de art. Notar. cap. 29. num. 87. dicitur etiam arguere ignorantiam iusti valoris rei renunciata, & quod de ipsa renunciata consequi potuisset, nisi renunciasset, Glossa & Bartol. in l. 2. C. de rescind. vendit. Ant. Butr. conf. 51. in fin. & quidem in facto proprio, Decius consil. 583. num. 3. juramento etiam interveniente, Corn. conf. 250. vol. 4. Vult. 2. consil. Marpurg. num. 29. vol. 106. Inde & hæc enormis læsio in omni generalitate verborum excipitur, l. si libertus 44. de oper. libert. l. creditor. 60. §. Lucius 4. mand. l. 3. C. de dot. promiss. Roman. conf. 91. Viso rhemate. n. 3. & ibi Mandos. in addit. verb. intelligitur. Pantichman. 1. quæst. præf. 11. n. 10.

Limita: non procedere in læsione modica, cum hoc in casu perraro quis restituatur. Speculat. tit. de rest. in integr. §. 1. num. 37. & in §. ult. n. 3. per. l. scio 4. ff. de restit. in integr. Conf. Arg. 1. conf. 67. n. 22. vel si actus adessent reiterati, utpote in quibus remedium L. 2. C. de rescind. vend. cessare dicitur Paul. consil. 383. col. 2. ad. fin. vol. 2. Alex. consil. 133. col. 3. & consil. 147. vol. 5. Decius consil. 181. col. 3. & consil. 216. col. ult. voss. & præsertim. ista conclusio. Cravett. consil. 114. num. 18.

Philippus Matth. 2. consil. Marpurg. 32. num. 36. quæ autem modica vel enormis hoc arbitrio boni viri determinatur, Glossa in §. pretium. Inst. de Empt. Decius conf. 29. Juridicum. Baldus in l. cum autem. de arbit. Pantichman. 1. quæst. 2. num. 20. vide & Mynf. 5. observ. 60.

CAP. III.
De Lætitia.

Axioma 1.

Lætitiæ populi submoventi Imperatores non patiuntur, l. 4. Cod. de pagan. modo scilicet abstrahatur omnis superstitio & impietas, dict. l. 4. quin imò Imperatores eandem conservare & ad quietem popularium ac bene gubernandam Rempublicam pertinere arbitrati sunt. Faciunt huc loca, quæ non sine singulari cura congestit Lipsius in suis politic. lib. 4. cap. 8. & D. Bernegger. ad Tacit. Germ. quæst. 96.

II.

Publica lætitia sine immodico sumtu nuncianda est. Itaque Nuncii non tantum nihil propterea à provincialibus extorqueant, sed & iudices eorumque officiales solliciti sint, ne præmia ista Nunciationum modum excedant, & ne turpi collusione quæretur pretium gaudiorum. Contra hoc delinquentes nuncii poenâ infamiae & privationis bonorum, officiales 30. libris auri puniuntur, l. 1. C. publicæ lætitiæ. Interdum poena hæc Extorforum ad ultimum supplicium vel deportationem potest extendi. Dari autem debent sex duatatax aurei, l. 2. C. eod. quod hodiè iudicis arbitrio permittitur. Quin nec à volente plus dari posse videtur, cum gaudium non secus ac ira rationem turbet, sed favorabilis hoc casu est liberalitas in benemeritos exercita. Hinc & administratores Civitatum lætis nunciis modicum donare & in publicas rationes conferre possunt. Perez. C. d. t. n. 1. 9. n. seqq.

CAP. IV.
De Lascivia.

Lascivia culpa est & plerumque lata, l. penult. ff. de vi bon. npt. ideoque etiam coercetur, quod alias male fieret, si nec culpa esset. Sic coercetur miles per vinum aut lasciviam lapsus, l. omne 6. §. penult. de re milit. sic qui lascivia fugat armentum, tenetur actione in factum, §. interdum 11. Inst. de obligat. quæ ex delict. denique coercetur, qui per lasciviam causam motis alteri præbuit. l. 4. §. 1. de sicar. Adde Cujacium tract. 8. ad African. in l. 35. locat. Panciroll. 2. varior. lect. 130.

CAP. V.
Latere, latens.

Axioma I.

Latitans habetur pro confesso, & sic prævia Citatione condemnari potest. Præsertim autem officialis fugiens tempore syndicatus; non enim aliâ ratione fugisse censetur, nisi timore culpæ. Itaque & officio & stipendiis privatur, nec

nec nisi à Principe restitui potest. Perez. *C. de Corral. & Princip. n. 23. seq.*

II.

Tutor dolose latitans nec copiam sui faciens, ut alimenta pupillo decernantur, cum infamia removendus est tanquam suspectus. §. 9. *Inst. de suspect. Tutor. l. 3. l. 7. §. 2. ff. eod.*

CAP. VI. De Laudemio.

Quoties statutum speciale probari nequit, toties semper præsumendum pro qualitate Laudemii Jure Civili statutum, quia Jus Civile generaliter receptum præsumitur, ubi non contrarium moribus aut statutis receptum.

CAP. VII.

Laus, Laus propria. v. supra Gloria & infra titulus.

Axioma I.

Propria laus sordet in ore.

Vulgatum hoc est proverbium, quod & Jurisconsulti suum fecerunt, in notis ad l. observare 4. §. 3. de offic. Procons.

Verum limitationem hoc verbum recipit, ex *proem. Inst. in princ. ibi: pius, felix, victor.* Ut propria laus feratur, quoties non vanæ jactantiae, sed defensionis vel exemplo tribuitur, ut in d. l. 4. §. 3. & l. 7. de offic. Procons. ubi Colleg. Argent. thes. §. 4. *Inst. quibus modis jus patriæ potest. solv. §. item Roma 15. Insistit. de excusat. tutor. l. 8. Cod. de metat. l. 6. Cod. de profess. & Medic.*

II.

Non oportet laudando alterius augere malitiam, l. 1. §. 4. de serv. corrupt. Cujac. ad *Edit. Pauli l. 2. & seqq. d. t.* Unde & laudator maligni propositi tenetur, d. §. 4. vid. *supr. lib. III. tit. commendatio.*

CAP. VIII.

De Lectione.

Legimus aliqua ne negligentur, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus, sed ut repudiemus, cap. *legimus 9. distinct. 37. l. un. §. 2. 9. C. de Caduc. toll. vid. Osterm. ad §. 1. Inst. de testam. ord.*

CAP. IX.

De Legato, Legatario.

Axioma I.

Legatum non est de numero commerciorum, l. 41. §. 5. ff. de legat. 1. quia id non nisi ob amicitiam vel ob meritum fieri solet. l. 9. ff. pro soc. Conf. Arg. 1. conf. 84. n. 102.

Intellige verum in terminis commercii promercialis & negotiationis quæstiosa, l. *legatus 65. in princ. ff. de legat. 3.* negotiatio enim hoc respectu non aptè dicitur. d. l. 41. §. 5. de legat. 1. secus si sermo sit de commercio gratitudinis, quæ est consuetudinis & vicissitudinis amica, tunc enim

legatum causam commercii habere refert, post *Imol. num. 12. Zas. ad d. l. 41. §. 5. d. t. n. 6. vid. & gl. in l. Marcellus de don. int. vir. & uxor.*

II.

Legatum non potest dici, de quo non apparet, quid sit legatum. l. *quæstum 91. ff. de legat. 1. Menoch. conf. 337. num. 1. vol. 4. Vult. 3. conf. Marp. 29. num. 143.* Demonstratio enim vice nominis fungi dicitur, l. *nominatim 34. in fin. de condit. & dem. l. certum. 6. ff. de reb. cred. estque nota & designatio certæ quantitatis certive corporis, extra tamen nomen ejus, §. huic proxima 30. de legat. l. demonstratio 17. ff. de cond. demonstr. & plerumque rem factam ostendit, d. l. 34. in fin. d. t. Unde licet demonstratio falsa sit, legatum tamen vitare non dicitur, d. §. huic proxima. l. 17. l. falsa 33. ff. de condit. & demonstrat. quocirca ut falsum rei nomen officit legato, si quolibet alio modo res intelligatur, l. si Fortianum 7. §. 1. Cod. de legat. §. siquidem in nomine 29. *Inst. cod. ita nec rei falsa demonstratione ipsum legatum perimi debet. Hen. Bocer. in Comm. Inst. de legat. n. 295.**

III.

Legata strictè sunt accipienda, & ita legati nummis magis exiguiore legati videntur, l. cum servus 39. §. Sejo ex facto 6. de legat. 1. l. nummis 75. ff. de legatis 3. vide Rolandum à Valle 3. conf. 16. num. 30. & seqq. Fach. 13. contr. 73.

Intellige verum regulariter in dubio, quando testatoris voluntas explorata satis non sit, ac ita res obscura & incerta, Natta conf. 626. num. 21. Alias enim ubi de voluntate testatoris apparet, legatorum interpretatio plenior erit, Cagnol. ad l. 12. de Regula Jur. num. 6. quo faciunt ea, quæ tradit Wesenb. 2. conf. 89. num. 10. Sic vino legato propter præsumptam testatoris voluntatem vasa quoque deberi ex Celso refert Ulpian. in l. 3. §. 1. de tritic. vin. ol. leg. cum credibile sit mentem testatoris eam esse, ut voluerit accessionem vini esse amphoras. Adde Philipp. Matth. & Hyppolit. à Collib. ad. d. l. 12. d. t. gloss. in l. in fundo. de legat. 2. Oldrad. conf. 163. Bart. in l. cum qui §. qui ita. de verb. oblig. & in l. si quis ita. de aur. legat. Castrenf. in l. certo generi de servit. rust. præd.

IV.

Legatum est accessorium testamenti. Alex. in pr. Jalon. n. 4. Niger. n. 3. Alvarot. n. 12. Bologn. n. 5. Crot. n. 4. Socin. jun. n. 21. in rubric. de legat. 1. ratio, quia si heredis institutio caput est testamenti, legata erunt quædam adjectiones, sine quibus testamentum quidem consistere possit. l. 1. §. cui neque 3. de hered. instit. cum sublato accessorio principale inde non corruat, l. ult. §. ult. de verb. oblig. è contrario si non consistat heredis institutio nec legata debentur, l. si nemo 101. de Reg. Jur. l. si nemo 9. de testam. tutel. cum principali sublato soleat etiam accessorium corrui, l. cum principalis 178. de Reg. Jur. l. cum aurum 19. §. perveniamus 13. de aur. legat. 1. & 2. ubi Bart. de pecul. legat. vide late in utramque partem disputantem Fach. 13. contr. 73.

V.

Quicumque habet jus testandi, ille habet potestatem legandi, quia cui permissum est principale, non denegandum est accessorium. vid. *ax. præced.*

N n 3

VI. Qui